


## DE NATURA DEORUM

Après les victoires de César sur Pompée et ses partisans (46-45), Cicéron se trouvait une nouvelle et dernière fois mis à l'écart de la vie politique. Il désespérait de l'avenir de la République et songeait à se réfugier dans la philosophie. (Il faut souligner que depuis son voyage à Athènes, toute la vie de Cicéron a été éclairée, nourrie, soutenue par la philosophie.) En février 45, la mort de sa fille Tullia ne fit qu'augmenter ce besoin. C'est ainsi qu'en un laps de temps très court (46-43, date de sa mort), il va rédiger un ensemble d'œuvres philosophiques, avec comme but explicite de fournir à ses concitoyens un exposé systématique, en latin, des problèmes de logique, d'éthique et de physique tels qu'ils ont été formulés par les différentes écoles philosophiques grecques.

Vers la fin août 45, Cicéron entreprit la rédaction d'un traité en trois livres sur la nature des dieux, le *De natura deorum*. C'était une question qui relevait de la physique; car les dieux existent, ils font partie du monde, au même titre par exemple, que les autres êtres vivants, ou que les astres. Mais elle concernait aussi la morale, tant individuelle que sociale : selon la conception que l'on a des dieux, on ne pense pas la même chose de la liberté humaine, de la providence, du destin. Le *De natura deorum* devait développer un problème qui se posait après les démonstrations de ses ouvrages précédents, le *De finibus bonorum et malorum* et les *Tusculanes*; car si, comme Cicéron l'avait soutenu, l'âme est de nature divine, que faut-il entendre par là ?



Cicéron (Musée du Capitole)

Le dialogue est censé se dérouler en 76, pendant les Fêtes latines, chez C. Aurélius Cotta, alors pontife, partisan de la Nouvelle Académie. Cicéron y rencontre l'épicurien C. Velléius et le stoïcien Q. Lucilius Balbus. Le premier livre contient l'exposé, par C. Velléius, des thèses épicuriennes, qui nient l'intervention des dieux dans la marche du monde, mais non leur existence, qui est garantie par la croyance universelle, innée à l'esprit humain, en des êtres immortels, parfaits et heureux. Ces thèses sont ensuite réfutées par Cotta.

Le second livre est confié à Lucilius Balbus qui présente un exposé complet de la doctrine stoïcienne. Il soutient que les dieux existent, qu'ils agissent sur la conduite du monde et que leur providence tient compte des êtres humains.

Dans le troisième livre, Cotta expose le point de vue des académiciens et sa qualité de pontife donne un poids tout particulier à son exposé. Il réfute les arguments des philosophes sur l'existence et la nature des dieux et se montre sceptique sur les actions de la providence. Mais une grande partie de son dialogue est perdue.

(Sources : P. Grimal, *Cicéron*, Clara Auvray-Assayas, *La nature des dieux*, Zehnacker et Fredouille, *Littérature latine*)

## Livre I

*En guise d'introduction à son ouvrage, Cicéron passe en revue brièvement et de façon générale les opinions divergentes des philosophes sur la question de la nature des dieux.*

Cum multae res in philosophia **nequaquam** satis adhuc **explicatae** sint, tum perdifficilis, **Brute**, quod tu minime ignoras, et perobscura quaestio est de natura deorum, quae et ad cognitionem animi pulcherrima est et ad **moderandam** religionem necessaria. De qua tam variae sunt doctissimorum hominum tamque **discrepantes** sententiae, ut magno **argumento** esse debeat causam et principium philosophiae **inscientiam**, prudenterque Academicos a rebus incertis **adsensionem cohibuisse**. Quid est enim temeritate turpius aut quid tam temerarium tamque indignum sapientis gravitate atque constantia quam aut falsum sentire aut, quod non satis **explorate** perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere ?

**Velut** in hac quaestione plerique, quod maxime veri simile est, et quo omnes duce natura trahimur, deos esse dixerunt, dubitare se Protagoras, nullos esse omnino Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putaverunt. Qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate et dissensione, ut eorum infinitum sit enumerare sententias. Nam et de figuris deorum et de locis atque sedibus et de actione vitae multa dicuntur, deque iis summa philosophorum dissensione certatur; **quod** vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant, nihil **moliantur**, omni **curatione** et administratione rerum **vacent**, an contra ab iis et a principio omnia facta et constituta sint et ad infinitum tempus regantur atque moveantur, in primis [quae] magna dissensio est, eaque nisi **dijudicatur**, in summo errore necesse est homines atque in maximarum rerum ignoratione versari.

Sunt enim philosophi et fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. Quorum si vera sententia est, quae potest esse pietas, quae sanctitas, quae religio? Haec enim omnia pure atque **caste** tribuenda deorum **numini** ita sunt, si animadvertuntur ab iis et si est aliquid a deis immortalibus hominum generi tributum; sin autem dei neque possunt nos juvare nec volunt nec omnino curant nec, quid agamus, animadvertunt nec est, quod ab iis ad hominum vitam **permanere** possit, **quid est quod** ullos deis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem **fictae** simulationis, sicut reliquae virtutes, item pietas inesse non potest; cum qua simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; atque haud scio, an, pietate adversus deos sublata, fides etiam et societas generis humani et **una** excellentissima virtus justitia tollatur.

Sunt autem alii philosophi, et hi quidem magni atque nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi censeant, neque vero id solum, sed etiam ab iisdem hominum vitae **consuli** et **provideri**; nam et fruges et reliqua, quae terra pariat, et tempestates ac temporum varietates caelique mutationes, quibus omnia, quae terra gignat, maturata **pubescant**, a deis immortalibus tribui generi humano putant, multaque, quae dicuntur in **his libris**, **colligunt**, quae talia sunt, ut ea ipsa dei immortales ad usum hominum fabricati paene videantur. Contra quos **Carneades** ita multa disseruit, ut **excitaret** homines non **socordes** ad veri investigandi cupiditatem. Res enim nulla est, de qua **tantopere** non solum indocti, sed etiam docti dissentiant; quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se dissidentes, alterum fieri profecto potest, ut earum **nulla**, alterum certe non potest, ut plus una vera sit.

Qua quidem in causa et benevolos **objurgatores placare** et **invidos** vituperatores **confutare** possumus, ut alteros **reprehendisse paeniteat**, alteri didicisse se gaudeant; nam qui **admonent** amice, docendi sunt, qui inimice **insectantur**, repellendi. (I-III, 1-5)

*Il expose ensuite succinctement les raisons qui l'ont poussé à écrire.*

Sin autem quis requirit, quae causa nos impulerit, ut haec tam **sero** litteris **mandaremus**, nihil est, quod **expedire** tam facile possimus. Nam cum otio **langueremus** et is esset rei publicae status, ut eam **unius** consilio atque cura gubernari necesse esset, primum ipsius rei publicae causa philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem civitatis res tam graves tamque praeclaras Latinis etiam litteris contineri. (IV, 7)

*Enfin il affiche sa conception "probabiliste" de la vérité.*

Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est; non enim tam auctoritatis in disputando quam rationis **momenta** quaerenda sunt. Quin etiam **obest** plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur; desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent **ratum**, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. Nec vero probare soleo id, quod de Pythagoreis accepimus, quos ferunt, si quid adfirmarent in disputando, cum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos "ipse dixit"; ipse autem erat Pythagoras: tantum opinio praeiudicata **poterat**, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. (...)

Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur, sed ii, qui omnibus veris falsa quaedam **adjuncta** esse dicamus tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa iudicandi et adsentienti **nota**. Ex quo existit et illud, multa esse probabilia, quae, quamquam non perciperentur, tamen, quia **visum** quemdam haberent insignem et **illustrem**, his sapientis vita regeatur. (V, 10-12)

*La parole est donnée à l'épicurien Velleius qui va développer une longue argumentation destinée à discréditer les représentations des dieux que proposent les autres philosophes. Il s'en prend d'abord à la notion d'un dieu créateur du monde, tel que les stoïciens notamment le conçoivent.*

Tum Velleius **fidenter** sane, ut solent **isti**, nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur, tamquam **modo** ex deorum concilio et ex Epicuri intermundiis descendisset (...)

Ab **utroque** autem **sciscitor**, [inquit], cur mundi aedificatores repente **exstiterint**, innumerabilia saecula dormierint; non enim, si mundus nullus erat, saecula non erant. Saecula nunc dico non ea, quae dierum noctiumque numero annuis cursibus **conficiuntur**; nam fateor ea sine mundi **conversione** effici non potuisse. Sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla **circumscripção** temporum **metiebatur**; **spatio** tamen qualis ea fuerit, intellegi potest, quod ne in **cogitationem** quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset.


Isto igitur tam immenso spatio, quaero, Balbe, cur **Pronoea** vestra cessaverit. Laboremne fugiebat? At **iste** nec attingit deum nec erat ullus, cum omnes **naturae numini** divino, caelum, ignes, terrae, maria, parerent. Quid autem erat, quod concupisceret deus

mundum signis et luminibus tamquam aedilis ornare ? **Si**, ut deus ipse melius habitaret, antea **videlicet** tempore infinito in tenebris tamquam in **gurgustio** habitaverat. Post autem varietatene eum delectari putamus, qua caelum et terras exornatas videmus ? Quae ista potest esse **oblectatio** deo? Quae si esset, non ea tam diu carere potuisset. An haec, ut **fere** dicitis, hominum causa a deo constituta sunt ? Sapientiumne ? Propter paucos igitur tanta est facta rerum **molitio**. An stultorum ? At primum causa non fuit, cur de improbis **bene mereretur**. (VIII-IX, 18-23)

*Après une revue des opinions des philosophes sur les dieux, qu'il qualifie de songes d'illuminés, Velléius écarte rapidement les fables des poètes, les sottises des mages et les croyances populaires. Avant d'entreprendre un exposé de la doctrine de son maître, il fait un bref et vibrant éloge d'Epicure*

Exposui fere non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Nec enim multo absurdiora sunt ea, quae poetarum vocibus fusa ipsa suavitate nocuerunt, qui et ira inflammatos et libidine furentes **induxerunt** deos feceruntque, ut eorum bella, proelia, pugnas, vulnera videremus, odia, praeterea **discidia**, discordias, ortus, interitus, querellas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere **concupitus** mortalesque ex immortali procreatos.

Cum poetarum autem errore conjungere licet **portenta** magorum Aegyptiorumque in eodem genere dementiam, tum etiam vulgi opiniones, quae in maxima inconstantia, veritatis ignoratione versantur. Ea qui consideret quam **inconsulte** ac temere dicantur, venerari Epicurum et in eorum ipsorum numero, de quibus **haec quaestio** est, habere debeat. (XVI, 42-43)



Epicure (342-270 av, J.-C.)

### *Les dieux existent*

Solus enim vidit primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem inpressisset ipsa natura. Quae est enim gens aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quamdam deorum, quam appellat *πρόληψιν* (prolempsin) Epicurus, id est anteceptam animo rei quamdam informationem, sine qua nec intellegi quicquam nec quaeri nec disputari potest.(...) Quod igitur fundamentum hujus quaestionis est, id praeclare jactum videtis. Cum enim non **instituto** aliquo aut more aut lege sit opinio constituta maneatque **ad unum** omnium firma **consensio**, intellegi necesse est esse deos, quoniam **insitas** eorum vel potius innatas cognitiones habemus; de quo autem omnium natura consentit, id verum esse necesse est; esse igitur deos confitendum est. (XVI-XVII, 43-44)

### *Les dieux sont éternels et bienheureux*

En effet, la nature, qui a formé en nous la représentation des dieux eux-mêmes, a également gravé dans nos esprits la croyance qu'ils sont éternels et bienheureux. S'il en est ainsi, c'est en toute vérité qu'Epicure a énoncé cette fameuse maxime : "Ce qui est bienheureux et éternel n'éprouve lui-même aucun souci et n'en cause aucun à autrui, aussi ne ressent-il ni colère ni bienveillance car de tels sentiments ne sont que des manifestations de faiblesse." Si nous recherchions seulement le moyen de rendre aux dieux un culte pieux et de nous libérer de la superstition, j'en aurais assez dit. En effet, la nature éminente des dieux, étant éternelle et bien heureuse, recevrait des hommes un culte pieux, car toute excellence mérite vénération, et, d'autre part, toute crainte que pourraient inspirer la puissance et la colère des dieux aurait été écartée. (XVII,45)

### *La forme des dieux*

Ac de forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet. Nam a natura habemus omnes omnium gentium speciem nullam aliam nisi humanam deorum; quae enim forma alia **occurrit** umquam aut vigilantem cuiquam aut dormienti ? Sed ne omnia **revocentur** ad primas notiones, ratio hoc idem ipsa declarat. Nam cum praestantissimam naturam, vel quia beata est vel quia sempiterna, **convenire** videatur **eandem** esse pulcherrimam, quae compositio membrorum, quae conformatio **liniamentorum**, quae figura, quae species humana potest esse pulchrior ? (...)

Nec tamen ea **species** corpus est, sed quasi corpus, nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. Haec quamquam et inventa sunt **acutius** et dicta subtilius ab Epicuro, quam ut quivis ea possit agnoscere, tamen **fretus** intellegentia vestra dissero brevius, quam causa desiderat. Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo videat animo, sed

etiam sic **tractet** ut manu, docet **eam** esse vim et naturam deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur. (...) (XVIII-XIX, 46-49)



(Rome , Musée National)

### *Le dieu "peinard" d'Epicure*

Nihil enim [deus] agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera **molitur**, sua sapientia et virtute gaudet, **habet exploratum** fore se semper cum in maximis tum in aeternis voluptatibus. Hunc deum **rite** beatum dixerimus, vestrum vero laboriosissimum. Sive enim ipse mundus deus est, quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermisso **versari circum** axem caeli admirabili celeritate ? Nisi quietum autem, nihil beatum est; sive in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum **vicissitudines** ordinesque conservet, terras et maria contemplans hominum commoda vitasque tueatur, ne ille est implicatus molestis negotiis et **operosis** ! Nos autem beatam vitam in animi securitate et in omnium vacatione munerum ponimus. **Docuit** enim nos idem, qui cetera, natura **effectum** esse mundum, nihil opus fuisse fabrica. Quod quia, quem ad modum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis, ut tragici poetae, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum. (XIX-XX, 51-53)



*Cotta prend alors la parole et réfute l'argumentation de Velléius. Soulignant les difficultés du sujet, il commence par poser la question de l'existence des dieux. Cette question est loin d'être anodine dans la bouche de Cotta, puisqu'il est lui-même pontife.*

Roges me, quid aut quale sit deus: auctore utar **Simonide**, de quo cum quaesivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi sibi unum diem postulavit; cum idem ex eo postridie quaereret, **biduum** petivit; cum saepius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret, cur ita faceret, "Quia, quanto diutius considero," inquit "tanto mihi res videtur obscurior". Sed Simoniden arbitror (non enim poeta solum suavis, verum etiam **ceteroqui** doctus sapiensque traditur), quia multa venirent in mentem **acuta** atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem. Epicurus vero tuus (nam cum illo malo disserere quam tecum) quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset, sed **mediocri** prudentia ?



Les attributs du pontifex maximus :  
simplum (petite coupe pour les libations) aspergillum (goupillon) securis (hache)  
apex (bonnet avec une tige d'olivier pointue fixée dans une touffe de laine)

Quaeritur primum in ea quaestione, quae est de natura deorum, sintne dei necne sint. "Difficile est negare." Credo, si in **contione** quaeratur, sed in hujus modi sermone et in **consessu** [familiari] facillimum. Itaque ego ipse pontifex, qui caerimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, **is** hoc, quod primum est, **esse deos**, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam **ad** veritatem plane velim. Multa enim occurrunt, quae **conturbent**, ut interdum nulli esse videantur. Sed vide, quam tecum agam liberaliter : quae communia sunt vobis cum ceteris philosophis non **atingam**, ut hoc ipsum; placet enim omnibus fere mihi que ipsi in primis deos esse. Itaque non pugno; rationem tamen eam, quae a te adfertur, non satis firmam puto. Quod enim omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum argumentum esse dixisti, **cur** esse deos confiteremur. Quod cum leve per se, tum etiam falsum est. Primum enim unde tibi notae sunt opiniones nationum ? Equidem



arbitror multas esse gentes sic **immanitate efferatas**, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. Quid ? Diagoras, ἄθεος (atheos) qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt ? (XXII-XXIII, 60-63)

*Cotta raille ensuite les représentations épicuriennes de la nature des dieux.*

Idem facit [Epicurus] in natura deorum: **dum individuorum** corporum **concretionem** fugit, ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tamquam corpus, nec sanguinem, sed tamquam sanguinem. Mirabile videtur quod non rideat haruspex, cum haruspicem viderit; hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis ? "Non est corpus, sed quasi corpus": hoc intellegerem, quale esset, si in **cereis** diceretur aut **ficilibus** figuris; in deo quid sit quasi corpus aut quid sit quasi sanguis, intellegere non possum. Ne tu quidem Vellei, sed non vis fateri. (XXV, 71)

Ce sont là des formules que vous répétez comme des leçons : Epicure les a rêvassées en bâillant puisqu'il se vante, dans ses écrits, de ne pas avoir eu de maître; je n'aurais pas de mal à le croire, même s'il ne le proclamait pas, tout comme je croirais le maître d'une maison mal bâtie se vantant de n'avoir pas eu d'architecte : car chez lui rien ne sent l'Académie, rien ne sent le Lycée, ni même l'école élémentaire. (XXVI, 72)

Ce que je vois, c'est que tu te bats pour faire admettre que les dieux ont une certaine forme, dépourvue de toute consistance, de toute solidité, de tout relief, de toute saillie, sans mélange, légère, diaphane. Nous en dirons donc ce que nous disons de la Vénus de Cos [*célèbre tableau du peintre Apelle*] : ce n'est pas un corps, mais cela ressemble à un corps; ce rouge mélangé au blanc que l'on voit se répandre n'est pas du sang mais quelque chose qui ressemble à du sang. Ainsi dans le dieu d'Epicure, il n'y a pas de réalité mais seulement des éléments de ressemblance avec la réalité.

Mais suppose que tu m'aies persuadé de ce qui n'est même pas concevable, montre-moi les contours et les formes de ces esquisses de dieux. A ce sujet, vous ne manquez pas d'arguments pour tenter de nous apprendre que la forme des dieux est la forme humaine : d'abord, nous avons à l'esprit une conception anticipée en sorte que, quand l'homme pense à dieu, c'est la forme humaine qui se présente à lui. Ensuite, puisque la nature divine l'emporte sur tous les êtres, sa forme aussi doit être la plus belle et il n'en est pas de plus belle que la forme humaine. Le troisième argument que vous avancez, c'est que nulle autre figure ne peut être le siège de l'intelligence. Examine successivement la nature de chaque argument : vous vous arrosez le droit d'affirmer des choses auxquelles on ne peut aucunement donner son approbation. (XVII, 75-77)

Omniū quis tam caecus in contemlandis rebus umquam fuit, ut non videret species istas hominum **collatas** in deos, aut consilio quodam sapientium, quo facilius animos

**imperatorum** ad deorum cultum a vitae **pravitate** converterent, aut superstitione, ut essent simulacra, **quae venerantes** deos ipsos se adire crederent ? Auxerunt autem haec eadem poetae, pictores, **opifices**; erat enim non facile agentes aliquid et **molientes** deos in aliarum formarum imitatione servare. Accessit etiam ista opinio fortasse, quod homini homine pulchrius nihil videatur. Sed tu hoc, physice, non vides, quam **blanda conciliatrix** et quasi sui sit **lena** natura ? An putas ullam esse terra marique beluam, quae non sui generis belua maxime delectetur ? Quod ni ita esset, cur non **gestiret** taurus equae **contrectatione**, equus vaccae ? An tu aquilam aut leonem aut delphinum ullam **anteferre** censes figuram suae ? Quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura praescripsit, ut nihil pulchrius quam hominem putaret, eam esse causam, cur deos hominum similes putaremus ? (XXVII, 77)

*Selon Cotta, la conception stoïcienne des dieux et les croyances populaires valent encore mieux que la représentation anthropomorphique des Epicuriens.*

Et eos vituperabas, qui ex operibus magnificis atque praeclaris, cum ipsum mundum, cum ejus membra, caelum, terras, maria, cumque horum insignia, solem, lunam, stellasque vidissent, cumque temporum maturitates, mutationes, vicissitudinesque cognovissent, **suspicati** essent aliquam excellentem esse praestantemque naturam, quae haec effecisset, moveret, regeret, gubernaret. Qui etiam si **aberrant** a conjectura, video tamen, quid sequantur; tu quod opus tandem magnum et egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo esse deos suspicere ? "Habebam" inquis "in animo **insitam** informationem quamdam dei". Et barbati quidem Jovis, **galeatae** Minervae; num igitur esse tales putas ?

Quanto melius haec vulgus imperitorum, qui non membra solum hominis deo tribuant, sed usum etiam membrorum; dant enim arcum, sagittas, hastam, clipeum, **fuscinam**, fulmen, et si, actiones quae sint deorum, non vident, nihil agentem tamen deum non queunt cogitare. Ipsi, qui **irridentur**, Aegyptii nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt; **velut** ibes maximam vim serpentium **conficiunt**, cum sint aves excelsae, **cruribus** rigidis, corneo **proceroque** rostro; avertunt pestem ab Aegypto, cum **volucres angues** ex vastitate Libyae vento Africo **invectas** interficiunt atque consumunt, ex quo fit, ut illae nec morsu vivae noceant nec odore mortuae. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de **faelium** dicere, sed nolo esse longus. Ita concludam tamen beluas a barbaris propter beneficium consecratas, vestrarum deorum non modo beneficium nullum **exstare**, sed ne **factum** quidem omnino. "Nihil habet" inquit "negotii." (XXXVI, 100-101)

*Si les dieux, selon Epicure, ne se soucient pas des hommes, pourquoi leur rendre un culte ?*

« Mais Epicure a aussi écrit des livres sur le respect des devoirs religieux, sur la piété envers les dieux. » Et comment s'exprime-t-il dans ces livres ? On croirait entendre Tibérius Coruncanus ou Publius Scévola, grands pontifes, et non pas celui qui a sapé les fondements du culte et renversé les temples et les autels de dieux immortels, non par la force, comme Xerxès, mais par ses arguments. Pourquoi dire, en effet, que les hommes doivent honorer les dieux d'un culte quand de leur côté les dieux n'honorent pas les hommes de leurs faveurs et qu'ils ne se soucient de rien et ne font rien du tout ? « Mais l'excellence, l'éminence de leur nature doit en elle-même et par elle-même engager le sage à l'honorer d'un culte. » Mais peut-il y avoir quelque chose d'excellent dans un être qui, se complaisant dans son propre plaisir, ne fera jamais rien, ne fait rien, n'a jamais rien fait. ? En outre, quel devoir de piété a-t-on envers quelqu'un de qui on n'a jamais rien reçu ? que peut-on devoir à qui ne s'est acquis aucun droit à la reconnaissance ? La piété, en effet, c'est la justice à l'égard des dieux : or quel rapport de droit peut-il y avoir entre eux et nous alors que l'homme et dieu n'ont rien en commun ? L'observance religieuse est la science qui porte sur le culte des dieux. Mais je ne conçois pas pour quelle raison il faudrait leur rendre un culte si nous n'avons reçu et n'espérons recevoir d'eux aucun bienfait.

## Livre II


*Balbus prend la parole pour exposer la théorie stoïcienne. Les Stoïciens enseignent : 1° qu'il y a des dieux; 2° quelle est la nature de ces dieux; 3° que la Providence gouverne l'univers; 4° que la Providence veille sur l'homme.*

*L'existence des dieux n'a pas besoin d'être démontrée. Elle résulte avec évidence du spectacle du ciel, du consentement universel, des fréquentes apparitions des dieux. Elle résulte également de la divination, des présages et des prodiges attestés par des faits nombreux de l'histoire de Rome.*

*Tous les hommes croient à l'existence des dieux bien que tous ne soient pas d'accord sur leur nature. Cléanthe rapporte cette croyance à quatre causes, qui sont : 1° les pressentiments de l'avenir; 2° l'abondance des biens qui sont à notre disposition; 3° les cataclysmes de la nature; 4° les mouvements réglés des astres. L'ordre qui règne dans une maison manifeste l'intelligence d'un maître qui y commande; l'ordre éternel de l'univers démontre qu'une intelligence suprême l'a établi. Chrysippe, de son côté, déclare que si, dans la nature, il y a des choses qui surpassent les facultés de l'homme, ces choses doivent avoir un auteur supérieur à l'homme lui-même. En outre, l'air que nous respirons est épais et grossier, si on le compare à celui qui emplit les régions supérieures du monde; c'est une raison de croire que ces régions supérieures contiennent des êtres divins. Enfin l'esprit même de l'homme n'est pas un effet sans cause; il faut bien que nous l'ayons emprunté à une intelligence supérieure et divine. Le monde étant ce qu'il y a de meilleur, il est impossible qu'il ne possède pas la plus importante de toutes les perfections. Le monde étant plein d'ordre, on ne concevrait pas que cet ordre subsistât sans une âme infinie et parfaite.*

*A ces raisons métaphysiques s'ajoutent des raisons d'ordre physique. Parmi bien d'autres exemples, Balbus relève que dans toute substance composée il y a une partie dirigeante. Pour la nature, cette partie ne peut être que le feu; et, puisque le feu est, dans les hommes et les animaux, le principe du mouvement et du sentiment, il doit, dans les pures régions de l'éther, animer des êtres divins. La divinité du monde doit être concentrée dans les astres, puisqu'ils sont composés du plus pur éther, dans lequel réside au suprême degré la chaleur vitale.*

*Quant au mouvement circulaire des astres, il est essentiellement rationnel et on ne peut le concevoir que comme volontaire. Donc la nature des astres est divine. La forme ronde est la seule qui explique l'égalité et la permanence des mouvements de l'univers. Elle explique d'abord les mouvements du soleil et ceux de la lune. Elle rend compte aussi des révolutions des planètes.*



Chrysippe (250-206 av. J.-C.), le "second fondateur du stoïcisme"  
Marbre d'époque romaine impériale

Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate **convenientiam** temporum non possum intellegere sine mente, ratione, consilio. Quae cum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere. (...) Nulla igitur in caelo nec fortuna nec **temeritas** nec **erratio** nec vanitas inest contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia, (XXI, 54-56)

**Dictum est** de universo mundo, dictum etiam est de sideribus, ut jam **propemodum** appareat multitudo nec **cessantium** deorum nec ea quae agant molientium cum labore

**operoso** ac molesto. Non enim venis et nervis et ossibus continentur nec his **escis** aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres aut nimis **concretos** umores **colligant**, nec iis corporibus sunt ut casus aut ictus **extimescant** aut morbos metuant ex defetigatione membrorum; quae verens Epicurus **monogrammos** deos et nihil agentes **commentus** est. Illi autem pulcherrima forma praediti purissimaque in regione caeli collocati ita feruntur **moderanturque** cursus, ut ad omnia conservanda et tuenda **consensisse** videantur. (XXIII, 59-60)

*Selon Balbus, les Epicuriens sont irréfléchis.*

Hic ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat corpora quaedam solida atque **individua** vi et gravitate ferri mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum **concursione** fortuita ? Hoc qui existimat fieri potuisse, non intellego, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae **litterarum aliquo conjiciantur**, posse ex iis in terram **excussis** annales Enni effici. (...). Isti autem quemadmodum **adseverant** ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu mundum esse perfectum, vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire ? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest, quae sunt minus operosa et multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo **effuttiunt**, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem caeli ornatum **suspexisse** videantur. (...)

Quis enim hunc hominem dixerit, qui, cum tam certos caeli motus, tam **ratos** astrorum ordines tamque inter se omnia **conexa** et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem eaque casu fieri dicat, quae, **quanto** consilio gerantur, nullo consilio **adsequi** possumus ? An, cum **machinatione** quadam moveri aliquid videmus ut sphaeram, ut **horas**, ut alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint rationis; cum autem impetum caeli cum admirabili celeritate moveri vertique videamus constantissime conficientem **vicissitudines anniversarias** cum summa salute et conservatione rerum omnium, dubitamus, quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti divinaque ratione ? (XXXVII-XXXVIII, 93-97, passim)

*Profession de foi finaliste.*

Age ut a caelestibus rebus ad terrestres veniamus, quid est in his, in quo non naturae ratio intellegentis appareat ? (...) Vites sic **claviculis adminicula** tamquam manibus

adprehendunt atque ita se erigunt ut animantes; quin etiam a **caulibus brassicae**, si propter **sati** sint, ut a pestiferis et nocentibus **refugere** dicuntur nec eos ulla ex parte contingere.

Animantium vero quanta varietas est, quanta ad eam rem vis, ut in suo quaeque genere permaneat. Quarum aliae **coriis** tectae sunt, aliae **villis** vestitae, aliae spinis hirsutae; pluma alias, alias squama videmus **obductas**, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pinnarum. (...) Omnia enim, quae quidem intus inclusa sunt, ita **nata** atque ita locata sunt, ut nihil eorum **supervacuaneum** sit, nihil ad vitam retinendam non necessarium.(...)

Etiam aliorum ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile **contingant**. Quae autem altiora sunt, ut **anseris**, ut cygni, ut grues, ut camelli, adjuvantur **proceritate** collorum; manus etiam data elephantis est, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum.(...) Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus iis, quae gignuntur in terra; veluti crocodili fluviatilesque testudines quaedamque serpentes ortae extra aquam, simul ac primum **niti** possunt, aquam persequuntur.(...) Tantam **ingenuit** animantibus conservandi sui natura custodiam.(...)



Le finalisme selon Bernardin de Saint-Pierre :

*« Il n'y a pas moins de convenance dans les formes et les grosseurs des fruits. Il y en a beaucoup qui sont taillés pour la bouche de l'homme, comme les cerises et les prunes ; d'autres pour sa main, comme les poires et les pommes ; d'autres beaucoup plus gros comme les melons, sont divisés par côtes et semblent destinés à être mangés en famille.... (Études de la nature, ch. XI, sec. Harmonies végétales des plantes avec l'homme, 1784).*

Atque ut intellegamus nihil horum esse fortuitum et haec omnia esse opera providae **sollertisque** naturae, quae multiplices **fetus** procreant, ut sues, ut canes, iis mammarum data est multitudo; quas easdem paucas habent eae bestiae, quae pauca gignunt. Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. **Etsi** pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt; facile enim illa aqua et sustinentur et fetum fundunt; testudines autem et

crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, **obruere** ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese. Jam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et **cubilia** sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissime **substernunt**, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum **excuderunt**, ita tuentur, ut et pinnis **foveant**, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pinnulis uti possunt, tum **volatus** eorum matres prosequantur, reliqua cura liberantur. (XLVII-LII, 120-129, passim)

### Livre III

*Cotta, dans le livre III, réfute les arguments de Balbus. Il commence par souligner son respect pour les traditions de la religion romaine qu'il oppose aux raisons fournies par les Stoïciens.*

"Non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, orationeque ea, quae me in **perorando** cohortabatur, ut meminissem me et Cottam esse et pontificem; quod eo, credo, **valebat**, ut opiniones, quas a majoribus accepimus de dis immortalibus, sacra, caerimonias religionesque defenderem. Ego vero eas defendam semper semperque defendi nec me ex ea opinione, quam a majoribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti movebit. Sed cum de religione agitur, Ti. Coruncanium, P. Scipionem, P. Scaevolam pontifices maximos, non Zenonem aut Cleanthen aut Chrysippum sequor habeoque C. Laelium augurem **eundemque** sapientem, quem potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili quam quemquam principem Stoicorum. Cumque omnis populi Romani religio in **sacra** et in auspicia divisa sit, tertium adjunctum sit, **si** quid praedictionis causa ex **portentis** et **monstris** Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt, harum ego religionum nullam umquam contemnendam putavi mihi que ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta jecisse nostrae civitatis, quae numquam profecto sine summa **placatione** deorum immortalium tanta esse potuisset.

Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex sentiat; fac nunc ego intellegam, tu quid sentias; a te enim philosopho rationem accipere debeo religionis, maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita **credere**." (II, 5-6)



*Contre la raison divine à l'œuvre dans la nature.*

Itaque illa mihi placebat oratio de **convenientia** consensuque naturae, quam quasi **cognitione continuatam** conspirare dicebas; illud non probabam, quod negabas id accidere potuisse, nisi ea uno divino spiritu contineretur. Illa vero **cohaeret** et permanet naturae viribus, non deorum, estque in ea iste quasi consensus, quam *συμπάθειαν* (synpatheian) Graeci vocant; sed ea, quo sua sponte major est, eo minus divina ratione fieri existimanda est. (XI, 28)

*Les dieux ne se soucient pas des hommes.  
Que sont les méchants devenus ?*

**Telamo** autem uno versu totum **locum conficit**, cur dii homines neglegant: 'Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.' Debebant illi quidem omnes bonos efficere, siquidem hominum generi **consulebant**; sin id minus, bonis quidem certe consulere debebant.

Cur igitur duo Scipiones fortissimos et optimos viros in Hispania Poenus oppressit, cur Maximus **extulit** filium consularem, cur Marcellum Annibal interemit, cur Paulum Cannae sustulerunt, cur Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum, cur Africanum domestici **parietes** non **texerunt** ?(...) Dies deficiat, si velim enumerare, quibus bonis male evenerit, nec minus, si commemorem, quibus improbis optime.(...)

Diogenes quidem Cynicus dicere solebat Harpalum, qui temporibus illis **praedo** felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret. **Dionysius**, de quo ante dixi, cum fanum Proserpinae **Locris expilavisset**, navigabat Syracusas; isque cum secundissimo vento cursum teneret, ridens 'Videtisne', inquit, 'amici, quam bona a dis immortalibus navigatio sacrilegis detur ?' Atque homo **acutus** cum bene planeque percepisset, in eadem sententia perseverabat. Qui cum ad Peloponnesum classem **appulisset** et in fanum venisset Jovis Olympii, aureum ei detraxit **amiculum** grandi pondere, quo Jovem ornaverat e **manubiis** Carthaginiensium tyrannus Gelo, atque in eo etiam **cavillatus** est aestate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum, eique **laneum pallium** injecit, cum id esse ad omne anni tempus diceret. Idemque Aesculapi Epidauri barbam auream **demi** jussit; neque enim convenire barbatum esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis esset.(...) Eundemque ferunt haec, quae dixi, sublata de fanis in forum protulisse et per **praeconem** vendidisse **exactaque** pecunia edixisse, ut, quod quisque a sacris haberet, id ante diem certam **in suum** quicque fanum referret: ita ad impietatem in deos in homines adjunxit injuriam. Hunc igitur

nec Olympius Juppiter fulmine percussit nec Aesculapius misero **diuturno**que morbo **tabescentem** interemit, atque in suo lectulo mortuus in **rogum** inlatus est eamque potestatem, quam ipse per scelus erat **nanctus**, quasi justam et legitimam hereditatis loco filio tradidit. (...)

C'est à contrecœur que je développe ce sujet, car mes paroles semblent inciter au mal. Cette impression serait juste si la conscience que nous avons de la vertu et des vices n'avait par elle-même, sans qu'il soit besoin de recourir à la raison divine, une influence si puissante : supprimez-la et tout s'effondre.

"At nonnumquam bonos exitus habent boni." Eos quidem **adripimus** adtribuimusque sine ulla ratione dis immortalibus. At Diagoras, cum Samothracam venisset, Atheus ille qui dicitur, atque ei quidam **amicus** : 'Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint in portumque salvi pervenerint?', 'Ita fit', inquit, 'illi enim **nusquam** picti sunt, qui naufragia fecerunt in marique perierunt.' Idemque, cum ei naviganti **vectores** adversa tempestate timidi et perterriti dicerent non injuria sibi illud accidere, qui illum in eadem navem recepissent, ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes quaesivitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent. Sic enim **res se habet**, ut ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis aut quemadmodum vixeris, nihil intersit. (XXXII-XXXV, 79-85)

## DE DIVINATIONE

*Le dialogue en deux livres, De divinatione, fut composé pendant les périodes qui précédèrent et suivirent immédiatement la mort de César. Les deux personnages sont Cicéron et son frère Quintus, la scène, la villa de Tusculum. Ce dialogue fait suite au De natura deorum. Quintus, dans le premier livre, soutient que la divination, pratiquée par tous les peuples permet réellement de connaître le futur, et, à l'appui de sa thèse, cite des textes littéraires et des faits rassemblés un peu partout. (...) Marcus, dans le second livre, combat, en s'inspirant du "sceptique" Carnéade, les propositions énoncées par Quintus. Tout ce qui est fortuit, dit-il, échappe à la divination; inversement, si, comme le pensent les stoïciens, tout est soumis au destin, alors le futur est immuable, et la divination inutile. Quant aux moyens utilisés par les devins, Cicéron montre leur incertitude. Il convient donc, tout en gardant le culte des dieux, nécessaire à la stabilité des sociétés, d'éviter toutes les formes de superstition. (P. Grimal)*

## Livre I

*Dans son introduction, Cicéron rappelle que, dans toutes les nations et de tout temps, l'on a pratiqué la divination. Cependant il conviendra d'examiner la question avec méthode.*

Vetus opinio est iam usque ab heroicis **ducta** temporibus, eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, versari quamdam inter homines divinationem, quam Graeci **μαντικήν** (mantikèn) appellant, id est **praesensionem** et scientiam rerum futurarum. Magnifica quaedam res et salutaris, si modo est ulla, quaque proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere. Itaque ut alia **nos** melius multa quam Graeci, sic huic **praestantissimae** rei nomen nostri a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a **furore** duxerunt. Gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura et a quibusdam intellegi praedicique posse censeat. (I, 1-2)

Nec unum genus est divinationis publice privatimque **celebratum**. Nam, ut omittam ceteros populos, noster quam multa genera **complexus** est! Principio huius urbis parens Romulus non solum **auspicato** urbem condidisse, sed ipse etiam optumus augur fuisse traditur. Deinde auguribus et reliqui reges usi, et **exactis** regibus nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiae gerebatur. Cumque magna vis videretur esse et **impetriendis consulendisque** rebus et **monstris** interpretandis ac **procurandis** in haruspicum disciplina, omnem hanc ex Etruria scientiam **adhibebant**, ne genus esset ullum divinationis quod neglectum ab iis videretur. (II, 3)

Atque haec, ut ego arbitror, veteres rerum magis **eventis** moniti quam ratione docti probaverunt. Philosophorum vero exquisita quaedam argumenta, **cur** esset vera divinatio, conlecta sunt.

Etenim nobismet ipsis quaerentibus quid sit de divinatione iudicandum, quod a Carneade multa **acute** et copiose contra Stoicos disputata sint, verentibusque ne temere vel falsae rei vel non satis cognitae **adsentiamur**, faciendum videtur ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparemus, ut fecimus in iis tribus libris quos de natura deorum scripsimus. (III, 5 - IV, 7, passim)

*Quintus, prenant la parole, affirme sa foi dans les pouvoirs de la divination qu'attestent de nombreux exemples avérés et que le hasard ne saurait expliquer.*

(Traductions de José Kany-Turpin)

- C'est la citadelle des Stoïciens que tu défends, Quintus, dis-je, avec cette connexion réciproque : s'il existe une divination, les dieux existent et, si les dieux existent, il existe une divination. Mais ni l'une ni l'autre de ces connexions n'est admise aussi facilement que tu le crois. La nature peut indiquer le futur sans intervention d'un dieu et, à supposer qu'il y ait des dieux, il se peut qu'ils n'aient accordé aucune divination au genre humain.

- Quant à moi, répliqua-t-il, comme preuve de l'existence des dieux et de leur souci des affaires humaines, il me suffit de m'en remettre à mon jugement, selon lequel il existe des genres de divination clairs et manifestes. Sur ce point, je t'exposerai, si tu le veux bien, ce que je pense, à condition que tu aies l'esprit libre et n'aies rien de plus urgent à faire que de suivre cette conversation.

- Pour la philosophie, m'écriai-je, je suis toujours libre, Quintus; mais en ce moment, où aucune autre occupation ne saurait me plaire, je suis encore plus impatient d'apprendre ce que tu penses de la divination.

- Ce n'est rien de nouveau, dit-il, rien qui diffère de ce que les autres pensent, car je ne fais que suivre une opinion très ancienne, approuvée par le consentement de tous les peuples et toutes les nations. Il y a deux genres de divination, l'un qui relève de l'art, l'autre, de la nature. Quelle est la nation ou la cité qui ne se laisse pas impressionner par la prédiction des interprètes des entrailles, des prodiges, des foudres, par celle des augures, des astrologues ou bien des sorts (c'est à peu près ce qui relève d'un art), ou par celle qui émane des songes et des vaticinations (ces deux dernières étant considérées comme naturelles) ? Je crois qu'il faut rechercher les résultats, non les causes de toutes ces pratiques. Il existe en effet un pouvoir, une nature, qui tantôt au moyen de signes interprétés à la suite d'une longue observation, tantôt par quelque instinct et inspiration d'origine divine, annonce l'avenir. (VI, 11-12)

Je ne recherche pas pourquoi cet arbre seulement fleurit trois fois ni pourquoi il fait correspondre au signe de sa floraison le moment du labour; je me contente de constater ce qui se produit, même si j'ignore pourquoi cela se produit. Pour toute la divination, je ferai la même réponse que pour les faits que j'ai cités. (IX, 16)

A quoi bon demander pourquoi de tels événements se produisent et quel art est capable d'en percevoir les mécanismes ? J'avoue que je n'en sais rien, mais j'affirme que toi-même tu vois qu'ils se réalisent. "C'est le hasard", diras-tu. Ah vraiment ! Le hasard peut-il jamais produire ce qui renferme en soi les nombres de la vérité ? Quatre dés peuvent produire par hasard le coup de Vénus. Mais penses-tu aussi qu'on obtiendra par hasard cent coups de Vénus, si on lance quatre cents dés ? Des couleurs jetées au hasard sur un tableau peuvent produire les traits d'un visage. Mais penses-tu aussi que la beauté de la Vénus de Cos puisse être produite par un jet fortuit de couleurs ? Une truie avec son groin a-t-elle marqué dans la terre la lettre A, pourras-tu pour autant la supposer capable d'écrire l'*Andromaque* d'Ennius ? (...) Le monde est ainsi fait que jamais le hasard n'imité parfaitement la vérité.

"Mais parfois, objectera-t-on, ce qui a été prédit n'arrive guère..." Y a-t-il donc un art qui échappe à ce risque ? Je parle de ceux qui sont fondés sur la conjecture, les arts d'opinion. La médecine ne serait-elle pas un art ? Que d'erreurs, pourtant ! Mais quoi ! Les pilotes ne se trompent-ils pas ? L'armée des Achéens et tous les capitaines de ses navires n'ont-ils pas quitté Troie dans la joie du départ ? Ce naufrage de tant de chefs et de rois si renommés a-t-il donc aboli l'art de la navigation ? (...) La divination se trompe peut-être quelquefois, mais le plus souvent elle conduit à la vérité. Elle remonte en effet à l'éternité : puisque dans une infinité ou presque de cas, les événements s'y produisent de la même manière, quand ils ont été précédés par les mêmes signes, l'art s'est constitué à force d'observer et de noter les mêmes cas. (XIII, 23-25)

*Pour Quintus, le respect de Romains et d'autres peuples pour la divination est un gage de sa valeur. Il prend l'exemple de Romulus et de Tarquin et celui de l'oracle de Delphes.*

Quid ? **Lituus** iste vester, quod clarissimum est insigne **auguratus**, unde vobis est traditus? **Nempe** eo Romulus regiones **direxit** tum, cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est incurvum et leviter a summo **inflexum** bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, cum situs esset in curia **Saliorum**, quae est in Palatio, eaque **deflagravisset**, inventus est integer. Quid? Multis annis post Romulum, Prisco regnante Tarquinio, quis veterum scriptorum non loquitur quae sit ab Atto Navio per lituum regionum facta **discriptio**? Qui cum propter paupertatem **sues** puer pasceret, una ex iis amissa, **vovisse** dicitur, si recuperasset, uvam se deo daturum, quae maxima esset in vinea; itaque, sue inventa, ad meridiem spectans in vinea media dicitur **constitisse**, cumque in quattuor partes vineam divisisset trisque partes aves **abdixissent**, quarta parte, quae erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine uvam, ut scriptum videmus, invenit. Qua re celebrata, cum vicini omnes ad eum de rebus suis **referrent**, erat in magno nomine et gloria. Ex quo factum est, ut eum ad se rex Priscus **arcesseret**. Cuius cum temptaret scientiam auguratus, dixit ei cogitare se quiddam; id possetne fieri, consuluit. Ille augurio acto posse respondit. Tarquinius autem dixit se cogitasse **cotem novacula** posse **praecidi**; tum Attum iussisse experiri. Ita cotem in **comitium** allatam inspectante et rege et populo novacula **esse discissam**. Ex eo evenit ut et Tarquinius augure Atto Navio uteretur et populus de suis rebus ad eum referret. Cotem autem illam et novaculam **defossam** in comitio supraque impositum **puteal** accepimus. (XVII, 30-33)

Defendo unum hoc : numquam illud oraclum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset neque tantis donis **refertum** omnium populorum atque regum, nisi omnis aetas oraclorum illorum veritatem esse experta. "Idem iam diu non facit." Ut igitur nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit, sic tum, nisi summa veritate, in tanta gloria non fuisset. Potest autem vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino **adflatu** concitabat, evanuisse vetustate, ut quosdam **evanuisse** et **exaruisse** amnes aut in alium cursum **contortos** et deflexos videmus. Sed ut vis **acciderit** (magna enim quaestio est), modo maneat id quod negari non potest nisi omnem historiam **perverterimus**: multis saeculis **verax** fuisse id oraclum. (XIX, 37-38)



Rubens, *Decius Mus consulte l'haruspice* (1617)

*Après les oracles, Quintus présente les songes, dont il cite nombre de révélations qui leur sont dues.*

Ita traditum clarum **admodum** somnium: cum duo quidam **Arcades** familiares iter una facerent et Megaram venissent, alterum ad **cauponem devertisse**, ad hospitem alterum. Qui ut **cenati** quiescerent, **concubia** nocte visum esse in somnis ei qui erat in hospitio illum alterum orare ut subveniret, quod sibi a caupone **interitus** pararetur; eum primo, perterritum somnio, surrexisse; dein, cum se **conlegisset** idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse; tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne **inultam** esse pateretur; se interfectum in **plaustrum** a caupone esse coniectum et supra **stercus** iniectum; petere, ut mane ad portam adesset, prius quam plaustrum ex oppido exiret. Hoc vero eum somnio commotum mane **bubulco praesto** ad portam fuisse, quaesisse ex eo, quid esset in plastro; illum perterritum fugisse, mortuum **erutum** esse, cauponem re patefacta poenas dedisse. Quid hoc somnio dici potest divinius? (XXVII, 57)

"At multa falsa," **Immo** obscura fortasse nobis. Sed sint falsa quaedam; contra vera quid dicimus? Quae quidem multo plura evenirent, si ad quietem **integri** iremus. Nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus.(...) Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus **adfectis**, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque adferat. Ex quo etiam **Pythagoreis** interdictum putatur, ne **fabae vescerentur**, quod habet **inflationem** magnam is cibus tranquillitati mentis quaerenti vera contrariam. Cum ergo est somno **sevocatus** animus a societate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura providet. (XXIX, 60-63)

Fiunt certae divinationum coniecturae a **peritis**. **Midae** illi **Phrygi**, cum puer esset, dormienti formicae in os **tritici** grana congesserunt. Divitissimum fore praedictum est; quod evenit. At Platoni cum in **cunis** parvulo dormienti apes in **labellis** consedisent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore: ita futura eloquentia provisiva in infante est. (...)

Quid igitur expectamus? An **dum** in foro nobiscum di immortales, dum in viis versentur, dum domi? Qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longe lateque diffundunt, quam tum terrae cavernis includunt, tum hominum naturis **implicant**. Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat, naturae Sibyllam. (XXXVI,78-79)

*Après avoir multiplié les exemples de signes envoyés par les dieux et répété que la question n'est pas de savoir pourquoi tel fait significatif se produit, mais s'il se produit ou non, Quintus conclut en prenant bien soin de distinguer la vraie divination de celle des charlatans.*

Maintenant, je déclarerai solennellement que je ne reconnais ni les tireurs de sorts, ni ceux qui disent la bonne aventure pour de l'argent, non plus, d'ailleurs, que les évocations des âmes des morts; enfin je me soucie comme d'une guigne de l'augure marse, des haruspices de village, des astrologues de cirque, des pronostiqueurs isiaques.(...) J'approuve la divination à condition qu'en soient exclues la légèreté, l'inanité, la fraude. (LVIII, 132)

## Livre II

*Dans le livre II, Cicéron répond à Quintus. Il commence par une critique générale de la divination.*

Après que mon frère Quintus eut exposé au sujet de la divination les arguments qui figurent dans le livre précédent et qu'il nous parut que la promenade avait suffisamment duré, nous nous sommes assis dans la bibliothèque du Lycée. Alors je lui dis :

- Avec quel soin, Quintus, et quel stoïcisme tu as défendu la pensée des Stoïciens; et, ce qui me plaît le plus, c'est que tu as eu recours à une multitude d'exemples romains, et des



exemples célèbres entre tous. Je dois donc répondre à ce que tu as dit, mais de manière à ne rien affirmer, à mettre tout en question, exposant le plus souvent des doutes et me défiant de moi-même. En effet, si j'avais quelque chose de certain à dire, je jouerais les devins, moi qui conteste la divination. (III,8)

Il est un vers grec fort connu, dont voici la traduction : "Celui qui conjecture bien, je le tiendrai pour le meilleur des prophètes," Eh bien ! un devin conjecturera-t-il l'imminence d'une tempête mieux qu'un pilote de navire ? la nature d'une maladie plus habilement qu'un médecin ? Grâce à la conjecture, sera-t-il plus prévoyant dans la conduite d'une guerre qu'un général ? Mais j'ai remarqué, Quintus, que tu excluais prudemment de la divination les conjectures qui reposent sur un art et une compétence, ainsi que les choses qui sont perçues par les sens ou au moyen de techniques, et que tu donnais la définition suivante : la divination est la prédiction et la prévision des choses fortuites. (...)

C'est en se référant à une raison que le médecin prévoit l'aggravation d'une maladie, le général, une embuscade, le pilote, des tempêtes; et pourtant, même eux, qui n'avancent aucune opinion sans une raison précise, ils se trompent souvent; ainsi l'agriculteur, en voyant la fleur de l'olivier, pense qu'il verra aussi le fruit, non sans raison; pourtant il se trompe parfois. Si donc ils peuvent se tromper, ces hommes qui ne disent rien sans conjecture probable et sans raison, que faut-il penser de la conjecture de ceux qui prévoient l'avenir à partir des viscères, des oiseaux, des prodiges, des oracles et des songes ?(...) Comment pourrait-on jamais prévoir un fait qui n'a aucune cause, aucune marque signalant sa venue? (V-VI, 12-17)

Si tout arrive par le destin, à quoi me sert la divination ? (...) Si le destin voulait que, durant la deuxième guerre punique, l'armée du peuple romain fût anéantie près du lac Trasimène, aurait-on pu l'éviter si le consul Flaminius avait obéi aux signes et aux auspices qui lui interdisaient de livrer bataille ? Donc, ou bien ce n'est pas à cause du destin que l'armée a été anéantie (car les destins ne peuvent pas être changés) ou bien, si c'est à cause du destin (ce que vous devez sans nul doute soutenir), même s'il avait obéi aux auspices, le désastre se serait également produit. Où est donc la belle divination des Stoïciens ? Si tout arrive par le destin, elle ne peut nullement nous conseiller de prendre de meilleures mesures; en effet, de quelque manière que nous agissions, l'événement qui est à venir arrivera; si au contraire, il peut être détourné, il n'y a pas de destin; par conséquent, il n'y a pas non plus de divination, puisqu'elle porte sur des événements à venir; or aucun événement ne se produira inexorablement si, grâce à une expiation, il peut arriver qu'il ne se produise pas. (VIII, 20-21)

Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quae enim vita fuisset Priamo, si ab adolescentia scisset quos eventus senectutis esset habiturus? Abeamus a fabulis, propiora videamus. Clarissimorum hominum nostrae civitatis gravissimos **exitus** in **Consolatione** conlegimus. Quid igitur? Ut omittamus superiores, Marcone Crasso putas utile fuisse tum, cum maximis **opibus** fortunisque florebat, scire sibi interfecto Publio filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et **dedecore** esse pereundum? An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria **laetaturum** fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri amisso exercitu, post mortem vero ea **consecutura**, quae sine lacrimis non possumus dicere? **23** Quid vero Caesarem putamus, si divinasset fore ut, in eo senatu quem maiore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeia, ante ipsius Pompei **simulacrum**, tot centurionibus suis inspectantibus, a

nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet, quo **cruciatu** animi vitam acturum fuisse? Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia. Nam illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo potest: "Non isset ad arma Pompeius, non transisset Crassus Euphratem, non **suscepisset** bellum civile Caesar." Non igitur fatalis exitus habuerunt. Vultis autem evenire omnia fato: nihil ergo illis profuisset divinare; atque etiam omnem fructum vitae superioris perdidissent; quid enim posset iis esse laetum exitus suos cogitantibus ? (IX, 22-24)

*Cicéron soumet ensuite les diverses formes de la divination à un examen fondé sur la méthode de questionnement et de doute de la Nouvelle Académie.*


Tu disais qu'il existe deux genres de divination, l'un artificiel, l'autre naturel : la divination artificielle consisterait d'une part en la conjecture, d'autre part en l'observation assidue; la divination naturelle serait celle dont l'âme s'empare ou bien qu'elle reçoit du dehors, de la divinité, où se trouveraient puisées, recueillies ou prélevées toutes les âmes qui sont les nôtres. Voici à peu près les techniques que tu classais dans la divination artificielle : l'extispicine (*càd l'examen des viscères des animaux sacrifiés par les haruspices*), la prédiction à partir de la foudre et des prodiges, celle des augures et de ceux qui expliquent les signes et les présages; bref, tous les genres de divination par conjecture, tu les rangeais sous ce genre, ou peu s'en faut. Quant à la divination naturelle, selon toi elle naissait et pour ainsi dire émanait d'une exaltation de l'esprit ou bien encore elle se manifestait à l'âme libérée des sensations et des soucis pendant le sommeil. (XI, 26-27)

*Il s'en prend d'abord à la divination fondée sur l'extispicine. Voici un exemple, parmi bien d'autres, de son argumentation :*

Mais tu allègues que dans les viscères du taureau gras immolé par César il n'y avait pas de cœur; comme la victime n'aurait pu vivre sans cœur, il faut en conclure, dis-tu, que son cœur a disparu au moment même où elle fut immolée. Comment se fait-il que d'une part tu comprennes qu'un bœuf n'a pu vivre sans cœur, mais que de l'autre tu ne vois pas qu'un cœur n'a pu s'envoler je ne sais où. Moi, je pourrais ignorer la fonction vitale du cœur ou bien supposer qu'ayant contracté une maladie, le cœur du bœuf était émâcié, minuscule, flasque, différent d'un cœur; mais toi, quelle raison as-tu de croire que, s'il y avait auparavant un cœur dans un taureau gras, il a soudain disparu, juste au moment du sacrifice ? Est-ce donc que, pour avoir vu César perdre l'esprit dans son vêtement de pourpre, le taureau a lui-même perdu son cœur ? C'est toute la cité de la philosophie que vous livrez à l'ennemi, crois-moi, en défendant des fortins; car, en voulant que l'haruspicine soit vraie, c'est toute la science de la nature que vous renversez. (XVI, 36-37)



Foie étrusque en bronze trouvé près de Piacenza en 1877



D'une taille de 126 x 76 x 60 mm, le "foie de Piacenza" a fait l'objet de plusieurs interprétations contradictoires. Selon certains historiens, il comporte une quarantaine de zones regroupées suivant les divinités. Certaines ont leurs équivalents dans le panthéon romain, comme Cautha (Sol Invictus), Fufluns (Bacchus), Hercle (Hercule), Mae (Maïa), Maris (Mars), Nethuns (Neptune), Satre (Saturne), Selvans (Sylvain), Tinia (Jupiter), Uni (Juno), Vetisi (Vejove), et cinq seulement ne leur correspondent pas.

Suivant un autre interprète, il s'agirait d'un planisphère et d'un calendrier et un essai de déchiffrement des termes étrusques a été tenté (par. ex. : Fufluns = les Pléiades c. à d. les Hyades; Maris = Mira Ceti, "vésicule biliaire (?), bile"; Satr(es)= Vega/Lyra - le marteau d'Hercule; Saturnalia, Selva = l'étoile Sirius, etc.)

*Suit une critique de l'interprétation des orages :*

Est-il rien de plus indigne d'un philosophe de la nature que d'attribuer à des choses incertaines une signification certaine ? (...) Dans un phénomène visiblement produit par une force naturelle, sans aucune régularité, sans aucune détermination temporelle, chercherons-nous un signe annonciateur d'événements futurs ? En tout cas, si Jupiter donnait ce genre de signes, il lancerait en vain quantité de foudres ! A quoi servirait en effet de lancer une foudre en pleine mer ? Ou sur de hautes montagnes, comme cela arrive très souvent ? Ou dans la solitude des déserts ? Ou encore sur des rives habitées par des peuples qui n'en font même pas l'observation ?

*Critiquant l'interprétation des prodiges, Cicéron prend un exemple qui lui permet en même temps de démontrer l'inconsistance des fondements de l'haruspicine :*

**Tages** quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur et **sulcus** altius esset **impressus**, **exstitisse** repente et eum **adfatus** esse qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius adspectu cum **obstipuisset bubulcus** clamoremque maiorem cum admiratione edidisset, **concursum** esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse. Tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia verba eius **exceperint** litterisque **mandarint**. Omnem autem orationem fuisse eam qua haruspicinae disciplina contineretur; eam postea **crevisse** rebus novis cognoscendis et ad eadem illa principia referendis. Haec accepimus ab ipsis, haec scripta conservant, hunc fontem habent disciplinae. Num ergo opus est ad haec **refellenda Carneade**? Num Epicuro? Estne quisquam ita **desipiens**, qui credat **exaratum** esse, deum **dicam** an hominem? Si deum, cur se contra naturam in terram **abdiderat**, ut **patefactus** aratro lucem adspiceret? Quid? Idem nonne poterat deus hominibus disciplinam superiore e loco tradere? Si autem homo ille Tages fuit, quonam modo potuit terra oppressus vivere? Unde **porro** illa potuit, quae docebat alios, ipse didicisse? Sed ego **insipientior** quam illi ipsi qui ista credunt, **qui** quidem contra eos tam diu disputem. (XXIII, 50-51)

*Cependant Cicéron, qui fait partie du collège des augures depuis 53, se doit de préciser ses idées sur les auspices. (L'augure était chargé de conserver les règles traditionnelles relatives à l'observation et à l'interprétation des signes naturels qui constituaient les auspices).*

Sed primum auspicia videamus. "Difficilis **auguri** locus ad contra dicendum." **Marso** fortasse, sed Romano facillimus. Non enim sumus ii nos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus. Et tamen credo Romulum, qui urbem **auspicato** condidit, habuisse opinionem **esse in** providendis rebus augurando scientiam (errabat enim multis in rebus antiquitas), quam vel usu iam vel doctrina vel vetustate **immutatam** videmus;

retinetur autem et ad opinionem **vulgi** et ad magnas utilitates rei publicae mos, religio, **disciplina**, ius augurium, collegii auctoritas. (...) Etenim, **ut** sint auspicia, quae nulla sunt, haec certe, quibus utimur, sive **tripudio** sive de caelo, simulacra sunt auspicioorum, auspicia nullo modo. (...) Equidem **adsentior** C. Marcello potius quam App. Claudio, qui **ambo** mei collegae fuerunt, existimoque ius augurum, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea rei publicae causa conservatum ac retentum. (XXXIII-XXXV, 70-75, passim)

*Enfin Cicéron s'en prend à l'astrologie :*

Mais quoi ? Le fait que des personnes nées en un seul et même instant aient des natures, des vies, des fortunes différentes ne montre-t-il pas assez que le moment de la naissance n'influe en rien sur le cours de la vie ? A moins de supposer que personne n'ait été conçu et mis au monde au même moment que Scipion l'Africain. En effet qui fut son égal ? (XLV, 95)

*Avant d'examiner la divination naturelle, Cicéron réfute l'argumentation logique des Stoïciens par laquelle ils prétendent prouver la valeur de la divination :*

Je n'ignore pas, Quintus, ce qui a toujours été ton avis : tu doutes des autres formes de divination, mais tu en admets deux, celle de la folie et du sommeil, qui paraissent découler d'un esprit libéré. Je dirai donc mon opinion au sujet de ces deux-là, quand j'aurai vu ce que valent l'argumentation logique des Stoïciens et celle de notre ami Cratippe. Tu as dit, en effet, que Chrysippe, Diogène et Antipater argumentent de la manière suivante : "S'il y a des dieux et s'ils ne font pas connaître l'avenir aux hommes, ou bien ils n'aiment pas les hommes, ou bien ils ignorent ce qui arrivera, ou ils pensent qu'il n'importe aucunement aux hommes de savoir l'avenir, ou ils croient indigne de leur majesté de signifier cet avenir aux hommes, ou bien enfin les dieux eux-mêmes ne peuvent pas en fournir les signes. Mais il n'est pas vrai qu'ils ne nous aiment pas, car ils sont les bienfaiteurs et les amis du genre humain, et ils n'ignorent pas ce qu'ils ont eux-mêmes établi et fixé; il est également faux qu'il ne nous importe pas de savoir ce qui nous arrivera; nous serons plus prudents si nous le savons; ils ne considèrent pas que cet avertissement est contraire à leur majesté, car il n'y a rien de supérieur à la bienfaisance. Ils ne peuvent pas non plus ne pas connaître d'avance l'avenir. Il n'est donc pas vrai que, d'une part, les dieux existent et que, d'autre part, ils ne nous annoncent pas l'avenir par des signes. Or il existe des dieux; ils donnent donc des signes. Il est faux en ce cas qu'ils ne nous donnent aucun moyen de connaître leur interprétation; sinon, ils donneraient en vain des signes; et s'ils fournissent les moyens de ce savoir, il est impossible que la divination n'existe pas; donc la divination existe." Ah ! les hommes subtils ! Qu'en peu de mots ils croient l'affaire réglée ! Pour arriver à leur conclusion, ils choisissent comme prémisses des propositions dont on ne leur accorde rien. Or on ne peut approuver la conclusion d'un raisonnement que s'il résout un point douteux à partir de propositions indubitables. (XLIX, 101-103)

*Cicéron examine alors la divination naturelle, montrant qu'on ne peut faire crédit au délire prophétique et aux oracles rendus par la Sibylle et la Pythie.*

Quid vero habet **auctoritatis** furor iste, quem divinum vocatis, ut, quae sapiens non videat, ea videat **insanus**, et is, qui humanos sensus amiserit, divinos **adsecutus** sit? Sibyllae **versus** observamus, quos illa furens **fudisse** dicitur. Quorum **interpretes**, nuper falsa quadam hominum fama, dicturus in senatu putabatur eum, quem **re vera** regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem et in quod tempus est? **Callide** enim, qui illa composuit, perfecit ut, quodcumque accidisset, praedictum videretur, hominum et temporum **definitione** sublata. **111** Adhibuit etiam **latebram** obscuritatis, ut iidem versus **alias** in aliam rem posse accommodari viderentur. **Non esse** autem illud **carmen furentis cum** ipsum poema declarat (est enim magis artis et diligentiae quam **incitationis** et motus), tum vero ea, quae **ἀκροστυχίς** (acrostichis) dicitur, cum **deinceps** ex primis versus litteris aliquid **conectitur**, ut in quibusdam **Ennianis**: "Q. ENNIUS FECIT". (...) Quam ob rem Sibyllam quidem **sepositam** et conditam habeamus, ut, id quod proditum est a maioribus, iniussu senatus ne legantur quidem libri **valeantque** ad deponendas potius quam ad **suscipiendas religiones**; cum **antistitibus** agamus, ut quidvis potius ex illis libris quam regem proferant, quem Romae posthac nec di nec homines esse patientur. (LIV, 110-111)

Sed iam ad te venio, "o sancte Apollo, qui **umbilicum** certum terrarum **obsides**, unde superstitiosa primum **saeva** evasit vox **fera**." Tuis enim oraculis **Chrysippus** totum volumen implevit partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ut fit in omni oratione saepissime, partim **flexiloquis** et obscuris, ut interpretes egeat interprete et sors ipsa ad sortes referenda sit, partim ambiguis et quae ad **dialecticum** deferenda sint. Nam cum illa sors edita est opulentissimo regi Asiae: "Croesus **Halyn** penetrans magnam **pervertet** opum vim" hostium vim se perversurum putavit, pervertit autem suam: utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cur autem hoc credam umquam editum Croeso? Aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum: "Aio te, **Aeacida**, Romanos vincere posse"? Primum latine Apollo numquam locutus est; deinde ista sors inaudita Graecis est; praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat. (...)

Sed, quod **caput** est, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur non modo nostra aetate, sed iam diu, ita ut nihil possit esse **contemptius**? Hoc loco cum **urguntur**, **evanuisse** aiunt vetustate vim loci eius, unde **anhelitus** ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracula

ederet. De vino aut **salsamento** putes loqui, quae evanescent vetustate; de vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam divina; quae quo tandem modo evanuit ? "Vetustate," inquires. Quae vetustas est, quae vim divinam **conficere** possit ? Quid tam divinum autem quam **adflatus** e terra mentem ita movens ut eam **providam** rerum futurarum efficiat, ut ea non modo cernat multo ante, sed etiam **numero** versuque pronuntiet ? Quando ista vis autem evanuit? An postquam homines minus creduli esse coeperunt ? Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope trecentos fuit, iam tum **φιλιππίζειν** (**philipizein**) Pythiam dicebat, id est quasi cum Philippo facere. Hoc autem eo spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret; quod licet existimare in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse. (LVI, 115-118)

*La divination par les songes est aussi dénuée de fondement :*

Venit enim iam in **contentionem**, utrum sit probabilius, deosne immortales, rerum omnium **praestantia** excellentes, **concursare** omnium mortalium, qui ubique sunt, non modo **lectos**, verum etiam **grabatos**, et, cum **stertentem** aliquem viderint, **obicere** iis **visa** quaedam tortuosa et obscura, quae illi exterriti somno ad **coniectorem** mane deferant, an natura fieri ut mobiliter animus agitato, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur. Utrum philosophia dignius, **sagarum** superstitione ista interpretari an explicatione naturae? (LXIII, 129)

Qualis autem ista **mens** est deorum, si neque ea nobis significant in somnis quae ipsi per nos intellegamus, neque ea quorum interpretes habere possimus? Similes enim sunt dei, si ea nobis obijciunt, quorum nec scientiam neque explanatorem habeamus, tamquam si Poeni aut Hispani in senatu nostro loquerentur sine interprete. Iam vero quo **pertinent** obscuritates et aenigmata somniorum? Intellegi enim a nobis di velle debebant ea quae **nostra causa** nos monerent. (...) Mea causa me mones quod non intellegam: quid me igitur mones? Ut si quis medicus aegroto imperet ut sumat "**terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam**", potius quam hominum more "**cocleam**" diceret. (LXIV, 131-132)

(...)Animorum est **ea** vis eaque natura, ut vigeant vigilantes nullo **adventicio** pulsu, sed suo motu incredibili quadam celeritate. Hi cum sustinentur membris et corpore et sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. Cum autem haec **subtracta** sunt **desertusque** animus languore corporis, tum agitur ipse per sese. Itaque in eo et formae versantur et actiones, et multa audiri, multa dici videntur. Haec **scilicet** in **imbecillo remissoque** animo multa omnibus



modis confusa et variata versantur, maximeque **reliquiae** rerum earum moventur in animis et agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus. (LXVII, 139-140)

Quid ? ipsorum interpretum coniecturae nonne magis ingenia **declarant** eorum quam vim consensumque naturae ? Cursor ad **Olympia** proficisci cogitans visus est in somnis **curru quadrigarum** vehi. Mane ad coniectorem. At ille "Vinces" inquit; "id enim celeritas significat et vis equorum." Post idem ad Antiphontem. Is autem "Vincare" inquit "necesse est; an non intellegis quattuor ante te cucurrisse ?" (...) Quae est ars coniectoris **eludentis** ingenio? An ea quae dixi et innumerabilia quae collecta habent Stoici quicquam significant nisi **acumen** hominum ex similitudine aliqua coniecturam modo huc, modo illuc **ducentium** ? Medici signa quaedam habent ex venis et ex spiritu aegroti multisque ex aliis futura praesentiunt; gubernatores, cum **exsultantes lolligines** viderunt aut delphinos se in portum conjicientes, tempestatem significari putant. Haec ratione explicari et ad naturam revocari facile possunt, ea vero, quae paulo ante dixi, nullo modo. (LXX, 144)

*Prudente conclusion ...*

**Explodatur** haec quoque somniorum divinatio pariter cum ceteris. Nam, ut vere loquamur, superstitio fusa per gentis oppressit omnium fere animos atque hominum imbecillitatem **occupavit**. Quod et in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum, et hac disputatione id maxime **egimus**. Multum enim et **nobismet** ipsis et nostris profuturi videbamus si eam **funditus** sustulissemus. Nec vero (id enim diligenter intellegi volo) superstitione tollenda religio tollitur. Nam et majorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est, et esse **praestantem** aliquam aeternamque naturam, et eam **suspiciendam** admirandamque hominum generi pulchritudo mundi ordoque rerum caelestium cogit confiteri. Quam ob rem, ut religio propaganda etiam est quae est juncta cum cognitione naturae, sic superstitionis stirpes omnes **eligendae**. **Instat** enim et urget et, **quo te cumque** verteris, persequitur, sive tu vatem sive tu **omen** audieris, sive immolaris sive avem adspexeris, si Chaldaeum, si haruspicem videris, si **fulserit**, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo, si **ostenti** simile natum factumve **quippiam**; quorum necesse est plerumque aliquid eveniat, ut numquam liceat quietam mente consistere. Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus. At ex eo ipso plurimae curae metusque nascuntur. (...)

Cum autem proprium sit Academiae iudicium suum nullum **interponere**, ea probare quae simillima veri videantur, conferre causas et quid in quamque sententiam dici possit expromere, nulla adhibita sua auctoritate iudicium audientium relinquere integrum ac liberum,

tenebimus hanc consuetudinem a Socrate traditam eaque inter nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quam saepissime utemur." "Mihi vero", inquit ille, "nihil potest esse jucundius." (LXXII, 148-150)



*"...majorum instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est..."*

Suovétaurile (sacrifice d'un porc, d'une brebis et d'un taureau) en l'honneur du dieu Mars, relief du panneau d'un sarcophage. Marbre, œuvre romaine, première moitié du 1er siècle de notre ère. (Musée du Louvre)

*(Haec omnia excerpsit et illuminavit J.V.)*